



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

7. An Confessarius asserens Petrum, v. g. confessum fuisse, plura peccata
venialia frangat Sigillum? Et quid, si diceret pœnitentem fecisse, seu
confessum fuisse peccata venialia, non addendo plura? ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

§. 1. **R**espondeo negatiū , quia parvitas materia non obstat , quominus hic reperitur integra ratio irrequerentia & offenditio Dei , sicut etiam sit in pernicio auctorio , & similibus , quod ut intelligatur , aduerto arctam illam obligationem celandi peccata confessio non esse in eo fundatam , quod peccata quae celantur , sunt magna , sed in eo potius , quod res maximi momenti sit , & prouersus necessaria , totum negotium confessionis esse secretum . Alioquin si ex eo , quod parvæ culpas sit peccatum , quod reuelatur colligere licet etiam esse parvæ c'lpæ ipsam revelationem ; licet etiam ex eo quod non necessariò confiteamur venialia , inferre quod ipsa confessio non necessariò celantur , aut ex eo , quod secretiores defectus corporis , aut natalium in confessione detecti , non sunt peccata , eos etiam non esse celandos . Quare non dubitauit Henriquez dicere conrām fentientiam non esse probabilem , cui libenter adstipular , præsertim cum reuelare confessionem sit intrinsece malum , & ex genere suo mortale ; venialium autem confessio sit absoluē confessio , & eorum reuelatio in proposito sit absolute reuelatio confessionis , præsertim cum etiam vnius peccata venialis confessio sit absolute sacramentalis confessio . ergo , &c. Et hæc omnia docet Malerus tract. de sigillo confess. cap. 3. cui addit Doctores , quos citat & lequitur Pater Leo de offic. Confess. part. 1 recollect. 7. num. 43. quibus addit Baldellum in disp. Theolog. tom. 1. lib. 1. disp. 14. num. 13. Vide etiam Faustum de Sac. Pan lib. 7. q. 56. qui optimè inuehitur contra Ledesimam , qui autis est assertere non esse peccatum mortale sacrilegij reuelare vnum veniale in specie alius penitentis in confessione auditum , modo circumstantes nullo modo intelligant in confessione fuisse auditum . Similiter canendum est à doctrina Sotii in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. & de secreto memb. 3. q. 4. vbi licet contrarium teneat dicit tamen id esse probabile.

RESOL. VII.

An confessarius afferens , verbi gratia , Petrum confessum fuisse plura peccata venialia frangat sigillum ?
Et quid , si diceret penitentem fecisse , seu confessum fuisse peccata venialia , non addendo plura ?
Et curiosimè notatur non excusari à fractione sigilli eum , qui dixerit Petrum , verbi gratia , grana peccata venialia sibi esse confessum . Ex part. 5. tract. 11 Ref. 49.

§. 1. **V**ideatur negatiū respondendum , quia si sigillum tunc frangitur , quando reuelatur peccatum mortale in genere , vel veniale in specie ; sed in casu nostro hoc non accedit : ergo , &c.

2. Verum affirmatiā sententiam docet Hortado disp. 12. de Panit. diffc. 4. quia qui dicit , aut alter significat penitentem fecisse , aut confessum fuisse plura venialia , reuelat quod est occultum , quia occultum est penitentem plura venialia fecisse : secus est autem , si diceret penitentem fecisse , seu confessum fuisse peccata venialia non addendo plura , quia tunc non reuelat peccatum occultum , quia manifestum est , eum qui confitetur , & absolvitur , fecisse , & confiteri ad minus venialia . Ita ille .

3. Notandum est etiam hic , quod Malerus tract. de sigillo , cap. 12. etiam non excusat eum à fractione sigilli , qui dixerit Petrum , v. gr. grana venialia sibi esse confessum .

RESOL. VIII.

An frangat sigillum ; qui dixit , Petrus , v. g. in confessione suis minutissimis peccatis scrupulose caput incautus ? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 50.

§. 1. **H**æc verba frequenter Confessarij dicitur , & in tali casu frangere sigillum docuit nouissime Iacobus Granado in 3. part. de Sacram. contr. 6. tract. 1. 1. disp. 3. n. 3. quia quidquid penitentia est aliquo modo ignominiosum , & dignus erubescit , non potest manifestari nisi violato sigillo ; quis autem est , qui non eruget , aut aliquando dolat , si audiat se ita confiteri , ut caput obdinarat . Confessio suis nensis , aut se occupate impernitibus scipulis Confessarios ? Itaque infirmum est contrarium fundamentum Doctorum ; nam hæc , & similes locutiones non declarant peccata ventalia solùm in generali , sed in speciali significant nimietatem & defecitum , quem non habent multi alii , qui & ventalia plora , modò & mortalia committunt . Accedit quod nonen scrupulosus , si propriè sumatur , significat hominem , qui propter ignorantiam , aut nimium timorem putat esse peccatum , q. od ne probabiliter quidem est culpa , idque non semel & iterum , sed rapiens : ergo qui eum in confessione cognovit , manifeste declarat aliquem penitentem defecitum , & talem sanè vt multis ruborem iniciat , cum eo nomine appellantur : ergo frangit sigillum .

2. Sed contraria fentientia est communis inter DD. quos ideo hic non refero ; & ratio est , quia in tali casu non manifestatur aliquod peccatum in particulari , & nomen scrupulosus communiter denotat hominem timoratum , & qui abstineat vult ab his , etiam quæ licita sunt , sed aliquod periculum afferunt , in qua fentu etiam ipse Granado concedit non frangere sigillum . Verum his non obstantibus consulo Confessarios etiam ab his locutionibus omnino abstinere . Unde non desinam hic apponere verba Aegidij de Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 1. n. 1. vbi sic ait : Infinitum est non frangere sigillum , qui dicit Petrum loquens sibi obtundere caput minutissima peccata confessio . Sed eti talis directe non frangat sigillum , male tamè & pericolosè hoc dicit ; nam videat inuenire talem esse feru pulosum , aut fatem facile perficer audiuntibus talem ingerere opinionem ; atque tanta indirecte sigillum frangere . Ita ille , & ego .

RESOL. IX.

An Confessarius dicens aliquem penitentem in confessione sibi scrupulis obtundere caput , frangat sigillum ?

Et obliteratur , quod Clem. VIII. anno 1592. edit. Decretum , quo præcipit Superioribus Regulam , ut diligenterme caueant , ne ea notitia , quam in confessione de diolorum peccatis haberunt , ad exteriorem gubernationem vitetur .

Sed queritur , an hoc Decretum non ad omnes Confessarios , sed ad eos , qui Superioris sunt , vel deinceps erunt , dirigatur tantum ?

Et an , non obstante dicto Decreto , possit probaberter sustineri , licere Superiori ob peccatum in confessione cognitioni priuare subditos officios ad natum anomibilibus ?

Et licere etiam Superiori , vel cuilibet alijs negare sibi frangere penitenti , quem solum per confessionem agnoscat esse indigneum ad Officium , vel Pralatram ?